naſterio ad agendũ ꝑpetuã penitentiã.xxvij.q.
.i.c.ſi q̄ monacha.⁊.c.ſi qs epiſcop⁹. Laicus v̄o
ſ̄m leges decapitat̃ ⁊ oĩa bona applicant̃ mona
ſterio cui intulit iniuriam vt ẽ lex canonizata ea
cã.⁊.q.ſi quis rapuit.ad idẽ.l.ſi qs non dicã ra-
pere.C.de epiſ.et cle.⁊ in corꝑe vñ ſumitur ⁊ ꝙ
peccata ꝯmittat talis ꝑpetrans h̄ ſcelus cũ mo-
niali.vide glo.quã ſemper tene mẽti in.c.v̄gini-
bus.ea.cau.⁊.q.ꝯmittit enĩ ſacrilegiũ q2 ledit ſa
crũ.Itẽ inceſtũ q2 cum ꝯſanguinea ſpũali.Itez
adulteriũ q2 cũ ſponſa dei.Et an poſſit accuſari
accumulatiue de q̄libet iſtoꝝ delictoꝝ an v̄o de
beat eligere alteꝝ.vide ibi glo. que iudicio meo
nõ vſquequaq3 ſoluit.q.ſed reducas illã glo.ad
nõ.ꝑ Bar.in.l.ſenat⁹.ff.de accuſa.⁊ ꝑ Jo.an.in
addi.ſpe.in ti.de homi.in p̄n.

q⁹ QUoniam Ep̄os põt ſta
tuere i eccl'ia
certũ numeꝝ clericoꝝ ſ̄m ipſius facul-
tates q̄ viuant in cõi ⁊ ꝯdictores ad h̄ ꝯpellere
⁊ iſtos in cõi viuẽtes poteſt abſoluere ab excõi-
catiõe incurſa ꝓpter iniectiõez manuũ in ſociuz
⁊ tria ſunt dicta.p̄ͫ ibi ſi qui.3ͫ ibi indulgem⁹.
Nõ p̄ caſum nõ.ſ̄m cõem intellectũ ꝙ ep̄s cũ ca
pitulo eccl'iam ꝓchialẽ põt facere eccl'iam col
legiatã ⁊ diſponẽ vt clerici licet ſeculares viuãt
in cõi ⁊ ſub vno tecto dormiãt ⁊ ſic dicit Ab.fu
iſſe diſputatũ ⁊ determinatũ ꝑ magiſtꝝ ſuum ⁊
ſeruatũ in dio.claromõ.auctẽ huius.c. ⁊ facit.c.
a nobis.de iurepa.⁊ qd̄ nõ.in.c.cu3 dilectus.de
ꝯſue. Nõ 2⁹ ꝙ ex eo ꝙ clerici viuũt i cõi i ali
qua eccl'ia p̄ſumit̃ ibi eſſe collegium. ad h̄ vide
nõ.ꝑ Inno.⁊ in.c.poſtulaſti.de iurepa. 3⁹ nõ
ibi valeatis ꝙ ep̄s nõ artatur ad faciendũ cleri-
cos viuere in cõi vt hic dicit licet poſſit facere ꝓ
h̄ facit tex. ibi licitũ vobis ſit ⁊c.nã ſ̄biectũ volũ-
tati nõ ſ̄bijcitur neceſſitati.xxxij.q.vij.c.apl's.et
.l.nõ quicqd.ff.de iudi. Itẽ nõ in v̄.ſi cui.ca-
ſum in quo durior vita inducit̃ clericis ſeculari
bus.nã ꝯpellunt̃ ponere reddit⁹ in cõi ⁊ ſimul
cũ alijs viuere. Nõ in v̄.indulgem⁹. vnũ ꝑui
legiũ clericoꝝ etiã ſcholariũ habitantium in cõi
poſſunt enĩ abſolui ab excõicatione inflicta pro
iniectiõe manuũ in ſociũ ab ep̄o loci.⁊ idẽ tenet
glo.in.c.decimas.xvi.q.i.⁊ in.c.null⁹.xvij.q.iiij.
⁊ Inno.h̄. Sed diceres tu h̄ videt̃ mihi eſſe re
gulare.vt in.c.peruenit.j.de ſen.excõ.dic illud.c.
ꝓcedere in leui iniuria ſ3 inferẽs clerico iniuriã
in mediocrem nõ poteſt regularit̃ abſolui niſi a
Papa.vt in.c.ſi qs ſuadẽte.xvij.q.iiij.vñ ꝑuile-
giũ iſtud operat̃ cũ iniuria fuerit mediocris et
idẽ eſt in religioſis vt ẽ in.c.monachi.de ſen.ex.
Sꝫ ſeculares non abſoluunt̃ niſi ab ep̄o vt hic
cũ iſtud ꝑuilegiũ ſolum ſit indultũ epiſcopis vt
patet in antiq̄ ex ſuꝑſcriptione ſ3 monachi poſ-
ſunt abſolui per eoꝝ abbatẽ.vt in.d.c.monachi.
vbi v̄o iniuria fuerit atrox nec illi nec iſti abſol-
uunt̃ niſi a ſolo Papa vt h̄ in fi. ⁊ in.d.c.mona
chi.⁊ in.c.cũ illoꝝ.eo.ti. In glo.i.ibi habẽda
eſt rõ expenſaꝝ nõ glo.iũcto tex.ad quã debent
aduertere maxime iuuenes vt tñ expendant ⁊
nõ amplius q̄tũ3 habẽt in redditib⁹ immo ꝯſi
lium eſt ꝙ ſemꝑ aliqd ſuperſit.nã ſi qs expendit
tantũ quantũ habet in redditib⁹ ex caſu aduer
ſo efficit̃ pauperior ⁊ ita cõſulit̃ tutori pupilli.l.
.iij.ff.vbi pupil.edu.debe. In fi.glo.nõ allegat
glo.tex.aliquẽ pro h̄ vltimo dicto ſ3 vide tex.in
.c.fi.s̄.de p̄ſumpt.Et inſtãt doc.h̄ circa hoc.ſed
ꝯclude ſic ꝙ aut p̄bende nõ ſunt diſtincte nec ẽ
numer⁹ in eccleſia ⁊ tũc ꝯ impetrantez licite põt
opponi de defectu facultatũ ⁊ vnus ſol⁹ etiã in
uitis alijs põt opponere vt ſentit h̄ Jo.an. facit
.c.ex p̄te ⁊ quod ibi nõ.de ꝯceſ.p̄ben. Cui autẽ
incũbit on⁹ probãdi an excipienti ꝙ facultates
nõ ſufficiant an impetrãti ꝙ immo ſufficiũt dic
vt nõ.in.d.c.fi. Si v̄o p̄bende ſint diuiſe tũc mi-
hi placet opi. vt iſta exceptio defect⁹ facultatu3
nõ ſufficiat qm̃ ex quo p̄benda vacat vel ẽ vaca-
tura nõ poſſunt clerici p̄tendere inteſſe ſtãte in
tegritate p̄bendaꝝ.Quidã tñ tenent dictum hu
ius glo. ſed p̄ͫ plus placet qd̄ tenet Bonagui.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in.c.dilecto.de ꝑben. In glo.ij.in fi.iſte vltimus
intellect⁹ vt loquat̃ in regularib⁹ cõiter nõ reci‑
pit a doc.ꝛ bñ.ꝓ patet q: tex.dat epis facultatẽ
ꝛ nõ neceſſitatẽ h̃ faciẽdi ſed regulares tenẽtur
ad h̃ de neceſſitate.vt in.c.cũ ad monaſteriũ.de
ſta.regu. Itẽ hic diſponit̃ vt reddit⁹ iſtoꝝ veni‑
ant in cõi ſed regulares nõ habẽt reddit⁹ diſtin
ctos.vt in.d.c.cũ ad monaſteriũ. Itẽ h̃ indulge
tur epis vt iſtos poſſint abſoluere ſ; in regulari
bus h̃ non eſt ↄceſſum epis ſed ꝑlatis ipſoꝝ reli
gioſoꝝ.vt in.d.c.monachi. Cõiter ꝗ intellige h̃
.c.vt loqtur in clericis ſecularib⁹ nõ ꝙ ipſi neceſ
ſitent̃ ex iure debito ad viuendũ in cõi nec eps
neceſſitat̃ ad h̃ faciendum ſed dat̃ facultas epo
vt poſſit eccliã; erigere in collegiatã ꝛ diſpone‑
re vt h̃ dicit̃.na; non fit deterior ↄditio clericoꝝ
inſpecto fine. ¶ Unũ tñ aduerte h̃ dicit Jo.an
ꝛ fuit dictũ Hoſti. in ſum.e.ti.§.i.ꝙ hoc põt eps
niſi ↄſuetudo ſit ꝑſcripta vt clerici viuãt diuiſi;
niſi ex tali ↄſuetudine nutriret inhõeſtas ſeu cõ
tẽneret̃ ſeruitiũ ecclie.nã tũc nõ ob ↄſuetudine
poterit eps diſponere,put h̃ dicit̃. ar. in.c.inter
q̃tuor.de reli.do. Ego autẽ non video ꝙ ↄſuetu
do poſſit ſimplr̃ induci ↄ̃ diſpoſitiõe; huius. c.
cum hic nõ imponat̃ neceſſitas epis ſed dat̃ eis
facultas h̃ faciẽdi.ſed in his q̃ ſunt mere faculta
tis ex nõ vſu nõ introducit̃ ↄſuetudo. nã ſi ego
frequẽtaui molẽdinũ tuum dũtaxat p.xl.annos
nõ ex h̃ eſt itroducta ↄſuetudo vt nõ poſſim ire
ad aliud molẽdinũ ꝛ ſic de ſimi.vt nõ.plene in.c
Johãnes.de cle.ↄiu.p Cy.in.l.i.C.q̃ ſit lon.cõ.
ꝛ nõ.in.c.ex pte Aſtẽſis.de ↄceſ.ꝑben.facit.l.i.ff
de via pub.tex.op.in.l.ſi certĩ annis.C.de pac.
niſi forte epo volẽte clerici ↄ̃dixiſſent ꝛ tũc for‑
te potuiſſet induci ↄſuetudo vt nõ.in iurib⁹ pal.
Et h̃ faciũt ad.q.q̃tidianã de q̃ alias interroga‑
tus fui de facto nũqd maior ps canonicoꝝ poſ
ſit inuita minori pte oĩa bona ponẽ in cõi ꝛ ſta‑
tuere vt cõiter viuãt in cõi ecclia ꝛ facit in.ar.ꝓ
pte affirmatiua.c.fi.j.de his q̃ fiũt a ma.pte ca.
vbi maior ps diſponit de redditib⁹ ꝑbendaꝝ ſin
gulariũ ad op⁹ piu; inuita minori pte. Credo ꝙ
ſoli canonici ſine epo h̃ nõ poſſunt etiã vno ↄ̃di‑
cẽte.ar.in regula qð oẽs tangit.ꝛ qð ibi nõ. per
glo.de regu.iur.li.vi.ꝛ q: per h̃ ſtatutũ nõ ſolũ
diſponit̃ de redditib⁹ ſed etiã de pſonis. Itẽ in
ſcio epo nõ poſſunt alterare ſtatutũ ecclie. vt in
.c.cũ ↄſuetudinis.de ↄſue.vide glo.in.c.ij.de v̄.
ſig.li.vi.ſed eps cũ maiori pte capituli poterit h̃
ar.op.h̃.nã ſi põt de nouo diſponere forti⁹ col‑
legiũ iã inductũ põt inducere vt viuãt in cõi. vt
ꝓbat̃ in.c.panis.circa mediũ.de ↄſe.di.ij.intelli
ge tñ iſtũ tex. cũ ↄſilio capl̃i ſeu cũ ↄſenſu ſed ſi
ſine cã rõnabili nõ vult ↄſentire tũc ↄ̃dictio ha‑
betur p ↄſenſu.vt nõ.Archi.in.c.i.de ↄſti.li.vi.

C [guide letter: c] Um ab omni

Eccleſiaſtici iudices ꝛ delegati gratis
iudicare debẽt nec exigere poſſunt decimam vl̃
aliã quotã litĩ etiã ſi h̃ habeat ↄſuetudo. ꝓ repre
hẽdit auariciã iudicũ.2⁹. ponit repħenſiõis cau
ſam.3⁹. ↄcludit iuſticiã. ¶ Nõ ꝓ ꝙ non ſolũ ab
ſtinendũ ẽ a malo ſ; ab omni eo qð ſpẽs mali ẽ.
tex.in cle.cupiẽtes.de pe. in ꝑn. immo a bono ſi
tñ ſequeret̃ malũ p id qð habet̃ ne cle.vel mo.c.
.i. ¶ Et ꝓ intellectu aduerte poſt abbatẽ h̃.que
dã eni ſunt bona in ſe q̃ nulla intẽtione poſſunt
fieri mala vt laudare deũ. q̃dam eni ſunt i ſe ita
mala vt nulla intẽtõe nõ poſſunt fieri bona ſic
vt blaſphemare deum adulterari ꝛ ſĩlia facere.
q̃dam ſunt de gñe bonoꝝ vt dare eleſymonã ie
iunare ꝛ ſi.ꝛ iſta ex circũſtãtijs poſſunt fieri ma
la.nã ſi darẽ elemoſynã vel ieiunarẽ ad põpam
pot⁹ demereor q̃; mereor q: abutor bono. xij.
.q.i.certe.i.q.i.nõ eſt putãda. q̃dam vͦ ſunt in
dĩa vt puta q: non ſunt in ſe bona nec mala nec
de gñe bonoꝝ nec maloꝝ ꝛ h̃ intentiõe poſſunt
fieri bona vel mala vt leuare lapidẽ de terra.nã
ſi leuo eo aĩo vt ꝓximus nõ ledat̃ efficit̃ bonu;
ſi dimitto vt ꝓxim⁹ ledat̃ efficit̃ malũ.ꝛ de iſtis
indifferentib⁹ intellige illũ v̄. vulgatum qcquid
agũt hoĩes intẽtio iudicat oẽs. Intẽtio ergo nõ
ꝓdeſt in his q̃ in ſe ſunt mala.ad h̃ bo.tex.in.c.
nõ ſolũ.de regula.li.vi. vbi dicit̃ ꝙ puritati ↄſci
entie nõ debet deeſſe iudicium rõis.ꝛ alibi dicit
apl̃s q ignorat igrabit̃. xxxviij.di. q ea que dei
ſunt ꝛc. Senſus ꝗ hui⁹ lr̃e eſt vt nõ ſolũ ſit abſti
nendũ ab eo qð in ſe ẽ malũ ſed etiã ab eo qð oc
caſionalr̃ põt eſſe malũ ſicut recipe pecuniã; ꝓ
iudicãdo.poſſet eni inducere iudicẽ ad iniuſtici
am ꝛ ideo dicit̃ in pſalmo Beat⁹ q excutit ma‑
nus ſuas ab oĩ munere.ꝛ vide.i.q.i.ſunt nõnul
li. ¶ 2⁹ nõ ibi ſeculariũ more ꝙ ↄſuetudo ſecula
riũ honeſtati obuia non ẽ a clericis imitãda.
3⁹ nõ ar.ex iſto tex. ꝙ valet ↄſuetudo in foro ſe
culari vt detur iudici ꝓ labore ſuo certa q̃ta litĩ.
puta viceſima vel decima.ꝛ vide ſpe. qui h̃ tene;
in ti. de ſalarijs.§.i.vſi.ſi vͦ ordinarius.vtꝝ poſ
ſit h̃ induci in foro eccliaſtico.j.dicet̃ cũ glo.iſte
tñ tex.aptiſſime facit ꝙ non. ¶ Nõ ibi ꝑter ex‑
pẽſas ꝙ dictio ꝑter q̃nq; includit.ſenſus eni lr̃e
eſt ꝙ nedũ petebãt iſti expẽſas victualiũ ſed eti
am certã quotã litis ꝛ vide de hac dictiõe quod
nõ. Jnno.in.c.dudũ.ij.de elec.ꝛ ibi lati⁹ dixi.
Nõ ibi vt ex ipſis honeſte viuẽ pulchru; tex.ꝙ
reddit⁹ eccliaſtici aſſignant̃ clericis ꝑncipalr̃ vt
ex ipſis honeſte viuere poſſint. nõ eni tenent̃ ꝓ
ſubuenire paupib⁹ q̃; eis nec ꝓ reedificare edifi‑
cia ecclie.ꝓ enim debet ipſe viuere ꝛ de his que
ſupſunt alia pia opa facere.ſic intellige tex.xvi.
.q.i.c.fi.vbi dicit̃ ꝙ quicqd habẽt clerici paupe
rũ eſt.ꝛ vide bo.tex.in.c.de his.j.de eccle.edi.et
nõ illud vbu; honeſte viuere.nõ enim debẽt ex
redditib⁹ viuere inhoneſte ꝛ vide dictũ Hiero.
.xliiij.di.in ꝑn. ¶ Itẽ nõ ibi gratis ꝛc.ꝙ nullum
ꝓſus mun⁹ debet iudex eccleſiaſtic⁹ exigere a
ptibus. ¶ Ultimo nõ ex fi.iuncta glo.fi.ꝙ ſniã
lata intercedẽte pecunia ẽ ipſo iure nulla. Nun
qd autẽ ↄmittat̃ ſimonia vide glo.mẽti ↄmẽdã‑
dã.i.q.iij.vendentes.que ↄcludit ꝙ in ꝓphanis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nō ꝯmittit̃ ſimonia licet ſit grauiſſimū peccatum.
Rō q̄ꝛ ſimonia ꝯmittit̃ tm̄ in ſpūalibus vel an-
nexis.i.q.i.quaſi ꝑ totū.⁊ maxime ibi in ſumma
ſꝫ in reb⁹ ſpiritualibus ſatis pōt dici ſimoniā cō
mitti ſi do pecuniā vt habeā ſententiā pro me q̄ꝛ
volo ꝯſequi ſpūale vel ſibi annexū. In glo.i.in
pn̄.videt̃ glo.excipiēdo caſum a regula ꝙ redi-
mere vexationē ſuam ſit ſpēs mali qḋ a doc.cōi
ter reprobat̃ cum h̄ fiat auctē iurl. ḡ non ē malū
nec ſpēs mali.xxiij.q.iiij.ꝗ peccat.⁊.l. gracch⁹.
.C.de adulte.ſꝫ forte glo. habuit reſpectum ad
actū in ſe.i.ad ipſam datiōem pecunie iudici fa
ctā.Et an ⁊ qn̄ liceat dare pecuniā ad obſuatio
nē iuris ſui.plene nō.in.c.dilectus.de ſimo.⁊.c.
ad aures.e.ti.⁊ dic vt ibi. Sꝫ h̄ cadit vna bona
.q.⁊ vtilis nunqd tradens pecuniā iudici poſſit
illā repetē tanq̄ꝫ indebite ſolutā. ⁊ exclude vnū
caſuꝫ indubitabilē qn̄ dedit eo aīo vt iudicē coꝛ
rūperet ad ferendā ꝑuerſe ſentētiam ꝓ ſe.nā tunc
ceſſat repetitio cum turpitudo v̾ſetur ex vtraqꝫ
pte.fiſcus eni taleꝫ pecuniā repetere pōt q̄ꝛ ipſe
accipit oīa iſta illicite acq̄ſita. vt.l.luci⁹.ff. de iu-
re fiſ. Sꝫ dubitabilis caſus ē qn̄ dedit pecuniaꝫ
vt ꝯſeruaret ius ſuū ⁊ vt ſn̄iam recte ferat. ⁊ de
h̄ vide glo.xiiij.q.v.c.nō ſane. ⁊.xi.q.iij. ꝗ recte.
vbi ponunt̃ opi.ꝯrie.videt̃ tn̄ ibi glo.magis in-
clinare vt loc⁹ ſit repetitiōi q̄ꝛ nō turpiter dedit
ſꝫ iudex turpiter recepit.pro h̄.d.c.nō ſane.⁊.l.
ij.ff.de ꝯdi.ob tur.cau.ſed Bar. in aut.ſꝫ nouo
iure.C.de pen.iu.ꝗ male iudicauit tenet ꝙ ho-
die ꝑ ius nouiſſimū nō poteſt repeti cū non ſit li
citū quoquo mō dare pecuniaꝫ iudici. Sat̃ ego
putarē ex circūſtantijs hanc.q.diffiniendā vt ſi
veriſimiliter timebat grauari habeat locū ꝑma opi.
vt poſſit repetē al's autē ſec⁹. q̄ꝛ ꝑ fronte ē pre
ſumptio ꝯ dantē ꝙ voluerit coꝛrūpere iudicē.et
in h̄ nō iſtam glo. dū dicit niſi manifeſte ꝓbetur
ꝯrium nā licet oēs hodie vtant̃ bonis v̾bis nihi
lomin⁹ mente id agūt vt iudex ferat ꝓ eis ſn̄iaꝫ
⁊ pecunia ſeu munera ſolent ꝑuertere animū iu
dicl.⁊ cecare vt nō videat ius alteri⁹ ptis.nā af-
ficit̃ incōtinenti ad ius tradentl.pro h̄.i.q.i.ſunt
nōnulli.viij.q.i.c.i.⁊.ij.⁊ pm dictum glo.clare ꝓ-
cedit qn̄ ex iudiciuꝫ qs dat pecuniā iudici vt nō
moleſtet eū. tūc enim nō tractat̃ de ꝑiudicio al
teri⁹ partl. In glo.ij.ibi ordinari⁹ autem non
debet habē niſi ſportulas.ꝓ pro declaratiōe vi-
dendū eſt qd ſint iſte ſportule. 2°. quid poſſit re
cipe iſte ordinari⁹ vel delegatus. ¶ Dic ad pm
ꝙ ſportule ſunt q̄dam vaſa q̄ vulgariter vocant̃
ſportule ⁊ ponit̃ ꝯtinens ꝓ ꝯtento q̄ꝛ in illis va-
ſibus ſolebāt deferri munera iudicib⁹.⁊ qualia
debēt eſſe iſta munera ſeu q̄nta nō eſt lege diffi
nitū.vt in auc.gn̄aliter.alle.in glo. ¶ Et aduer
te q̄ꝛ dubiū eſt nunqd iudex eccleſiaſtic⁹ ordina
rius poſſit petē iſtas ſportulas ſicut iudex ſecu
larl.⁊ tenet Jo.an.hic ⁊ cōiter doc.ꝙ nō.⁊ idem
nō in.c.vnico.de pluſpeti.⁊ ſat̃ iudicio meo ꝓba
tur h̄ in tex.nā licet.q.in pn̄. loquat̃ in delegato.
ratio tn̄ decidēdi nō minus ꝯcernit ordinarios

q̄ꝫ delegatos cū ⁊ ipſi ſint bn̄ficiati ⁊ bn̄ficia dā
tur eis vt ius reddāt ex q̄ habent iuriſdictiōem
ita ꝙ forti⁹ debet abſtinere ordinari⁹ eccl'iaſtic⁹
q̄ꝫ delegat⁹. Itē aduerte q̄ꝛ licet lr̄a in pn̄.loqua
tur de q̄ta lit̄l.tn̄ in v̄.mandam⁹.⁊ in v̄.nō atten-
dētes.clare inuit̃ vt nihil a ptibus ꝓſus ſit exi-
gendū ⁊ hodie vr̄ declaratū in.c. ſtatutū.§.īſup
de reſcrip.li.vi.vbi tn̄ ꝯcedūt̃ expēſe victualiū
cū iudex delegat⁹ proficiſcit̃ ex domiciliū. nun
qd autē valeat ꝯſuetudo in oppoſitū ſpe.in loco
.§.alle.tenet ꝙ ſic cui⁹ dictū reprobat glo.in cle.
ſtatutū.de elec.ꝑ iſtū tex. ꝗ bene facit.nā hic dā
nat̃ ꝯſuetudo vt patet ibi moꝛe ſecularium niſi di-
ceres ꝙ nō erat ꝯſuetudo iſta i foro eccl'iaſtico
ſed tn̄ in ſeculari.do.Car. h̄ dicit attētari poſſe
ꝙ ſi ꝯſuetudo nō habuit ortū ab exactione poſ
ſunt tūc pres ad obſeruandū laudabilē cōſuetu
dinē ꝯpelli.ar.in.c.ad apoſtolicaꝫ.j.de ſimo.ſed
h̄ dictū mihi nō placet qm̄ aut ꝑceſſit exactio et
tūc claꝝ vt ꝯſuetudo nō potuerit induci q̄ꝛ ꝯ ho
neſtatē ⁊ ꝯ mentē hui⁹.c.⁊ facit.i.q.iij.ex multis
Aut non ꝑceſſit exactio ⁊ tūc non inducit̃ ꝯſue
tudo ex liberalitate donātiū ſed q̄libet donatio
habet effectū ſuū iux̄ ea que nō. Bar.in.l.cū.de
in rē v̾ſo.ff.de v̾ſurl.facit.l.ſi certis annis.C.de
pac. Nec ob.c.ad apoſtolicā. q̄ꝛ illud loquit̃ qn̄
diu aliqd fuit datū in piam cām tūc enim laici vi
dent̃ voluiſſe inducē illā ꝯſuetudinē vt ibi nō.
Conclude ḡ ꝙ de iure ciuili ordinari⁹ petit iſta
munera a lege nō diffinita. Delegat⁹ autē petit
ꝓut dicit̃ hic in glo.ſed de iure canonico nec oꝛ
dinari⁹ nec delegatus poſſunt petere aliqd pro
laboꝛe iudicādi ꝑ id quod habet̃ in lr̄a. Sꝫ du
biū eſt qd ſi delegatus nō habet ſufficiēs bn̄fici
um vn̄ viuat nūqd poſſit petere ſaltē vt delega-
tus ꝑncipis.iſta lr̄a a ꝯrio in verbo nō obſtante
facit ꝙ ſic.⁊ licet qdam teneāt oppoſitū ꝑ alias
rōes lr̄e.ſ.q̄ꝛ iudiciū debet eſſe gratuitū. Itē q̄ꝛ
obediendū ē ꝑncipi deleganti ⁊ ſic tenuit Pe.
de ancha.h̄ tn̄ vt dixi iſtā opi.nō puto verā.naꝫ
delegat⁹ principis ſecularis recipit pecuniā ꝓ la
boꝛe ſuo non tn̄ eſt iudiciū ſuū minus gratuitū
vt patet in.d.auc.iūcta.d.l.fi.C.qn̄ prouo.nō eſt
ne.ſic etiā tollit̃ alia rō cū ſeculares non min⁹ te
neant̃ obedire Impatoꝛi.vt i.c.ij.de ma.⁊ obe.
In glo.ſup v̄.ꝑter expēſas.in fi.h̄ glo. ꝓſeqtur
in effectu tres.q. Prima de delegato principis
nunqd poſſit petere expēſas cū proficiſcitur ex
domiciliū ſuū occaſione cauſe ſibi delegate.
2° q̄ritur de ordinario.3°.de delegato ordinarij
⁊ 2a ps ibi ordinari⁹.3a ibi itē ſi ordinarius.⁊ cir
ca iſtaꝫ glo.poſſunt formari alie tres.q. Prima
nunqd delegat⁹ ꝑncipis ſufficiēter bn̄ficiat⁹ poſ
ſit petere expēſas iſtas q̄s feciſſet cū ꝓficiſcitur
ex domicilium. ¶ 2°. querit̃ nunqd debeat ꝯpu
tare expēſas quas fuiſſet domi facturus. ¶ 3°.
nunqd veniāt expenſe victualiū et vecturarum
equoꝝ ⁊ ſimiliū.⁊ de his vide ho.glo.in ꝑalle.c.
ſtatutū.§.inſup.de reſcrip.li.vi.⁊ ꝯclude totam
materiam ſic aut querimus de ordinario aut de

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

delegato.ꝑ caſu regulariter iſtas expēſas nō pe
tit cū ad h̄ capiat reddit⁹ bn̄ficij vt ſuſtineat ipſi
us onera niſi in caſu h̄ excepto in glo. Delega-
tus vo q̄ztuncūqʒ ſit ſufficiēter bn̄ficiat⁹ licite
petit expenſas tam ꝓ vecturis q̄ʒ pro victualib⁹
ꝛ ſimilibus.vt h̄ ꝛ in.d.§.inſuper. nā iſta iura lo
quunt̄ indiſtincte ꝛ tacite ſentiunt iſtos delega
tos eſſe ſufficient̄ bn̄ficiatos.nā bn̄ficia iſta non
ꝯferunt̄ eis cum h̄ onere cū nō habeant iuriſdi-
ctionē ordinariā annexā ideo nō cogunt̄ tales
clerici ꝓficiſci ex domiciliū ꝓprijs ſumptib⁹ nec
tenent̄ ꝯputare expēſas q̄s fuiſſent domi factu
ri cū iſta iura indiſtincte ꝑmittant eis illas expē
ſas nec diſtinguūt ſicut faciūt in ordinario. In
delegato inferioris a ꝑncipe ē magis dubiū.naʒ
iſta glo. tenet ꝙ ordinari⁹ delegans debeat ſibi
ꝓuidere.ſʒ glo.in.§.inſup diſtinguit.aut depu-
tat̄ ad vniuerſitatē cauſaꝝ ꝛ tunc ipſe ordinari⁹
habet ꝓuidere.ar.in.c.inter cetera. ꝑalle.aut de
putat̄ ad vnā cauſam ꝛ malicioſe ꝛ idē ſed ſi ceſ
ſante malicia delegat tunc etiā ipſe poterit pete
re expēſas a ꝑtibus.ar.h̄ ꝛ hoc.pl⁹ placet q̄ʒ di-
ctū glo.huius. nā Papa ē ordinarius cunctoꝝ
.ix.q.iij. cūcta per mundū. ꝛ tn̄ non ꝓuidet ſuo
delegato ſed ꝓuidetur a ꝑtibus. Idē nō. Spe.
in ti.de ſala.§.i.v̄.porro.circa fi. Idē ergo ſit in
ordinario inferiori q꜄ eadē debet eſſe rō de ꝑte
ſicut de toto q̄ ad totū.ſ.de offi.dele.paſtoralis
in.§.itē cum totū.ꝛ in.l.q̄ de tota.ff.de rei ven.
Nunqd autē ordinarius poſſit petere ſalariuʒ
ꝓ aſſeſſore Jo.de mōte mur.vt h̄ refert Jo.an.
diſputauit ꝛ formauit.q. in ep̄o cognoſcente de
cauſa m̄rimoniali ꝛ ꝯcludit ꝙ nō.q̄ʒq̄ʒ.q.forma
uerit in cā ſp̄uali tn̄ rōes ſue ꝯcludūt idē in qua
libet cā. Mouet̄ enim ex eo ꝙ ordinari⁹ debʒ
ſcire canones in q̄bus v̄ſatur.c.i.de ꝯſan.et affi.
Item q꜄ ad h̄ habet reddit⁹ vt ſbeat omnia one
ra. Itē non reperitur h̄ iure ſtatutū vt ordinari⁹
h̄ caſu poſſit ſuos ſbditos collectare.i.collectaʒ
ſeu pecuniā exigere.x.q.iij.q꜄ cognouimus.Et
quanq̄ʒ accidē poſſit vt cauſa non ſit deciſibilis
ſm̄ ius canonicū tn̄ hoc raro ꝯtingit vt cā eccleſi
aſtica non poſſit decidi ſm̄ ius canonicū.vt in.c.
ſup ſpecula. de ꝑuile. ꝓuideat ḡ de ſuo qn̄ hoc
cōtingit. ꝛ h̄ ſatis placet ꝛ cōiter tenet̄ a doc.tn̄
delegat⁹ licite petit ſalariū ꝓ aſſeſſore dūmodo
fraudulent̄ h̄ non faciat vt q꜄ dicit ſe indigē aſ-
ſeſſore vbi in v̄itate nō indiget.ar.h̄ et hodie ha
bet̄ clare in.c.ſtatutū.§.aſſeſſorē.ꝑalle. An autē
pro nōrio cauſe poſſit aliq̄d peti in delegato.dic
ꝙ ſic.ar.in.d.c.ſtatutū.§.nōrios. Sed in ordia
rio pōt dubitari q꜄ ipſe debet ꝓuidere ſuis offi
cialib⁹.ꝛ vide qd̄ nō.in cle.ſtatutū.de elect. In
arbitro vo nunquid poſſit exigere ſportulas vi
de qd̄ nō.in ſpe.de ar.§.fi.v̄.ſed nunqd arbiter.
In glo.penult.ibi iuriſcōſultus ꝛc. ex h̄ ꝛ ex iu
rib⁹ alle.in glo.habes ꝙ ꝓ ſciētia iuris licite q̄s
petit mercedem. ꝛ q̄liter merces ſit ꝯſtituenda
iuriſperit. ſiue ſint aduocati ſiue conſultores et
q̄d ſi moriat̄ aduocatus vel doctor ſalariat⁹ an-
teq̄ʒ expleat tēpus ſuū ſeu cām quā ꝓmouendā
aſſumpſit.vide pulchre in.l.i.ff.de va.ꝛ extraor.
cog.ꝑ glo.ꝛ Bar.

Deus qui  Ad euitandū ſcā
dalū poſſunt reli
gioſi diuerſi habitus miſſi ad p̄dican-
dū de nouo ꝯuerſis ſe in vnū ſupiorem habituʒ
ꝛ ꝓpoſitū ꝯfirmare.ꝑ ponit exordiū.2°.cāʒ man
dati.ibi ne igitur.3°.mandatū.ibi mādamus.
Nō ꝑ tex. valde nō.ꝛ ſingu.iudicio meo.ꝙ vbi
cunq̄ʒ ex honeſta cā ꝯueniūt hoīes diſparis ha
bit⁹ ꝛ obſeruantie ſi ſcandalū gn̄atur alijs ex di
uerſitate pōt ſe ꝯformare in vnū honeſtuʒ habi
tuʒ ꝛ ꝓpoſitū.ꝛ intelligo ꝓpoſitum q̄ ad modū
viuēdi.ad hoc vide glo.nō.xvi.q.vij.in noua.in
glo.fi.q̄ dicit ꝙ monach⁹ factus ep̄s vel canoni
cus regularis pōt ſi ſcandalū generat̄ alijs ſe cō
formare in ſupiori habitu morib⁹ illoꝝ inter q̄s
viuit.ꝛ pōdera qd̄ dixit de ſcādalo alias ſec⁹.ſic
intelligo glo.q̄ videt̄ illi ꝯ̄ria.xvi.q.i.in.c.de mo
nachis.ꝛ vide etiā duas cauſas nō.ea. cau. ꝛ.q.
in.c.ij.ꝛ.iij.q̄ dicunt ꝙ monach⁹ ꝓmotus ad offi
ciū ſeculare puta ad ep̄atū vel ad aliā eccl̄iaʒ cu
ratā non aſtringit̄ ſeruare regulā ſicut ꝑ ſed ex
ſbſtantialia regule poterit ſe ꝯformare morib⁹
inter q̄s viuit nec ſic ſtricte pōt regulaʒ ſeruare
ex monaſteriū ſicut in monaſterio ꝛ dic vt ibi.
2°. nō.ar. ꝓ vitanda nimia religionum ꝯfuſione
ꝛ multiplicitate.nā diuerſitas habit⁹ ritus ꝛ ob
ſuantie in vna eadēq̄ʒ fide gn̄at ſcandalū apud
infideles.hac rōe grauiter peccāt inueniētes re
gulā de nouo abſq̄ʒ ꝯfirmatiōe romani pontifi
cis.ꝛ vide ho.tex.in.c.fi.de reli.domi.nec excu-
ſant̄ ꝙ h̄ faciant ad bonū finē.nam pōt eis Ben-
deri.put nō.dicit tex.in.c.non ſolū.de regula.li.
vi.ſ.ꝙ puritati ꝯſcie non debet deeſſe iudiciū ra
tionis. Ultimo nō ibi q̄ztum ad h̄ ſpectat offi
ciū ꝙ vbi aliq̄d ꝯceditur ꝓpter neceſſitatē illud
videt̄ eſſe ꝯceſſum q̄tenus neceſſitas h̄ poſtulat
ꝛ ſic cā limitata limitatū parit effectū. In glo.
ibi h̄ veꝝ intellige q̄ztum ad ſolēnitatem.nō glo
iūcto tex.ꝙ ꝯtenta in regula religioſoꝝ nō obli
gāt regulariter ex voto ꝑter tria ſbſtantialia re
gule.Uotū eni in ꝓfeſſione emiſſuʒ refert̄ ad il
la tria ſbſtantialia vt ad ꝯtinētiam obedientiā ꝛ
paupertatē.ꝛ h̄ voluit beatus Tho.vt dicā ple
ne in.c.nā ꝯcupiſcētiam.de ꝯſti. Itē probo rōne
nā ſi votū pariter ꝯcerneret oīa ꝯtenta in regu-
la q̄re fieret ſpecialis prouiſio ꝛ magis ſpecifice
nōrentur illa tria.vt nō.in.c.cū ad monaſteriuʒ.
de ſta.regula.nā ibi dicit̄ ꝙ illa tria ſunt ita an-
nexa ordini monachali ꝙ etiā Papa diſpēſare
non pōt ꝛ intellige vt ibi dicā.ḡ cetera ꝯtenta in
regula ſi nō obligāt ex voto immo tenuit bea.
Tho. ꝙ vbi regula ꝓhibeat in alijs p̄ceptiue vl̄
religioſis peccet ex ꝯtemptu nō obligat̄ ad mo
naſteriū tale ex trāſgreſſiōe cuiuſlibet ꝯtenti in
regula.al's vt dicit ꝑiculoſior eſſet ſtat⁹ regulari
um q̄ʒ ſeculariū cuʒ ex nimia diſtrictiōe difficile
ſit ad vnguē obſeruare ſemp.ꝛ h̄ ſentit etiā iſta

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

glo. dū dicit cetera etiā regri ad ſolēnitatem religionis ꝛ ꝙ papa pōt in illis libere diſponē. Itē ꝓbatur ꝛ alia rōe nōbiliori. Papa ħ non indulget imo p̄cipit vt rōe ſcandali euitādi ↄueniant in vnū ꝓpoſitū ꝛ in vnū habitū ḡ non tenent̄ ad iſtas obſeruantias ex voto qꝛ nō debet qs votū omittere ꝓpter ſcādalū alteri⁹. nam facil⁹ ſcandalū naſci pmittit̄ q̄ȝ veritas relinq̄tur. vt nō. in .c. ij. de no. ope. nū. nō enim ꝓpter ſcandalū proximi poſſet religioſus ducere vxorē ſiue dimittere habitū vel alias obſeruātias q̄ ſunt ad ſolēnitatem ordinis vt ħ habet̄. ꝛ hac rōe qꝛ nō ſunt de ſbſtātia religionis. ꝛ ꝙ p Papā tolli poſſunt conſuluit do. Car. vt ipſe refert in. c. cuȝ ad monaſteriū. ꝙ ſi in certo monaſterio nō eſt memoria in ↄ̄riū ꝙ eſus carniū fuerit ꝓhibit⁹ ꝙ de nouo aſſumētes ibi habitū nō peccant ſcđm mores diuturnos alioꝝ ꝛ maxīe hodie Papa ſciente et tolerante. nā ↄſuetudo tāti tēpoꝛis inducit p̄ſumptiōeȝ alicui⁹ ti. c. i. de p̄ſcrip. li. vi. ꝛ certū eſt ꝙ ex cā iſta poſſunt tolli vt ħ. Ideȝ dic de alijs obſeruātijs ↄcernentib⁹ ſolēnitatē. nā ideȝ videm⁹ in clericis ſecularib⁹. In mult̄ eniȝ coꝝ ſtat⁹ relaxatus eſt ꝛ nō ſunt ſb illa diſtrictiōe q̄ erant tpe aplo͞ꝝ. nam p̄ ꝓhibebant̄ vti ꝓprio hodie ſec⁹. xij. q. i. certe. ꝛ ibi in ſum. Itē grauī⁹ puniebant̄ p̄ ex fornicatōe q̄ȝ hodie vt dicit tex. in .c. fraternitat̄. xxxiiij. di. defect⁹ nr̄i tempoꝛ. quibus nō ſolū merita ſȝ etiā coꝛpora hominū defecerūt cenſurā ꝛ diſtrictiōeȝ antiquoꝝ canonum nō patiuntur pmanere. ꝛ facit quod dicam in. c. vt clericoꝛum. ij. eo. ꝛ facit quod nō in. c. ſup eo. ij de regula. Sȝ nunqd ſi certa religio reducitur ad p̄oꝛē obſeruantiā teneant̄ hoīes ibi ꝓfeſſi ſ̄m obſuantiā laxiorē obſuare diſtrictiōeȝ antiquā nouiter reformatā ꝛ dic vt ibi dicet̄. In ea. glo. ibi ↄformabunt autē iſti ſe nō. glo. q̄ten⁹ dicit de ſupiori habitu. ꝛ licet iſte tex. nō dicat ſȝ loquat̄ indiſtincte tm̄ dictū glo. placet ꝛ cōiter approbatur. facit qđ nō. glo. in ſili in. d. c. in noua. ꝛ ꝓbat̄ rōe ſic ↄformitas iſta in habitu ꝛ obſuantia permittit̄ rōe ſcādali euitandi. debet ḡ eſſe pmiſſio q̄tenus neceſſitas vrget ꝛ quaten⁹ ſcādalum imminet qđ videt̄ ceſſare in habitu inferiori. ꝛ per ħ dicerē limitādo glo. ꝙ vbi ſcādalū poſſȝ oꝛiri ex diuerſitate habit⁹ inferioꝛ. debet eē oīmoda ↄformitas regule nec ꝓcederet iſta glo. ꝛ credo ꝙ glo. nō ſenſiſſet ↄ̄riū ꝛ facit iſta glo. īīcto tex. in ar. de eo q incedit vt laic⁹ vel cleric⁹ ſecularis deferēdo inferi⁹ habitū religionis nunqd incidat in penā. c. ij. ne cle. vl̄ mona. li. vi. ꝛ tenet Jo. an. ħ ꝙ ſic. ꝛ idē glo. in cle. ij. e. ti. ꝛ Jo. an. in mercu. ſup regula ſi. de re. iur. li. vi. ꝛ ſentit do. An. ħ. facit tex. iſte in ar. qꝛ conformitas ħ in ſupiori habitu pmittit̄ vt ſcādalū euitet̄ ḡ aliud vbi nulla cā ſbeſſet. ↄ̄riū tenet ħ Jo. de lig. poſt Zenze. in. d. cle. ij. nō eni valet ħ ar^m nō licet ſine cā ḡ incidit in penā illi⁹. c. ij. ¶ Et aduerte qꝛ adducereȝ iſtū tex. cū glo. de directo ↄ opi. Jo. an. licet ipſe adducat ꝓ ſe. nā vt ħ patet īīcta glo. aliud ē ex toto dimittē aliud ē ſuperi⁹ nō poꝛtare. nam pmittit̄ in ſuperiori dimiſſio ꝛ tm̄ inferi⁹ ꝛ ſubit⁹ tenent̄ poꝛtare vt ħ in glo. ḡ pena. c. ij. nō verificat̄ in iſtis qꝛ aliud ē dimittere oīno aliud in ſupioꝛibus tm̄. vt ħ ꝓbat̄ expſſe ꝛ i. d. c. in noua. vbi glo. nā ↄſtitutio penalis nō debet extēdi ſaltē ad caſuȝ nō habentē oīmodā rōeȝ. vt nō. Jo. an. in regula odia. de re. iur. li. vi. i mercu. facit qđ ipſe nō. in. c. i. de tēpo. oꝛ. li. vi. in glo. ſua in fi. Et in fi. glo. ħ ar^m ſm opi. hanc Hu. cōiter dānatur ꝛ cōis ↄcluſio ē vt religioſus nō poſſit eē canonic⁹ in eccl'ia ſeculari nec habere aliud bn̄ficium ſeculare ſimplex. vt in. c. ſup eo. de regula. p̄ alle. vbi de ħ per doc. facit. c. qđ dei timoꝛem. de ſta. regu. vbi pmittit̄ canonico regulari ꝛ monacho vt poſſint ꝓmoueri ad eccl'iaȝ curatā ſecularem rōe cure aīaꝝ. vbi ḡ ceſſat hec rō cure non poſſūt aſſumi ad bn̄ficia ſecularia. nec ob. c. quorundā. alle. in glo. qꝛ vt ibi nō. debet ītelligi in eccleſia cathedrali regulari. nā illa eccl'ia ſyracuſana fuit olī monachoꝝ. ꝛ idē Hendet̄ ad. c. i. lviij. di. Alibi enī ꝓfeſſus pōt aſſumi vt ſit monach⁹ ſeu canonic⁹ in eccl'ia cathedrali regulari eiuſdē ordinis. ſec⁹ ſi eccl'ia cathedralis eſſet alteri⁹ obſuantie cle. i. de elect̄. ꝛ vide ibi glo. nō. Nunqd religioſus poſſit ꝓmoueri in p̄latū ſeu rectoꝛeȝ eccl'ie ſecularis collegiate ſicut ꝓmouet̄ in epm̄ vel i rectoꝛē eccl'ie pꝛochialis curate nō collegiate. ꝛ dic vt ibi nō. ꝛ mām plene dicem⁹ in. d. c. qđ dei timoꝛē. de ſta. regula.

## Cum decorem

[c 12]

Ludi theatrales etiā p̄textu ↄſuetudinis in eccl'ijs vel p clericos fieri nō debēt. h. d. p̄pōit factū reph̄ēſibile. z⁰. illō p̄cipit emēdari ibi ſ̄nitati. ¶ Nō p̄ ꝙ ludi ſeclares nō debēt fieri i eccleſijs ꝛ dicebātur iſti ludi theatrales a theatro. i. in loco apto ad theoꝛādū. i. ſpeculandū vn̄ larue dicunt̄ deformitates hominū ſiue p appoſitiōes pelliū ſiue coloꝝ ꝛ in vulgari dicunt̄ maſchare. ludibria vō dicūtur narratōes reꝝ inhoneſtaꝝ ꝛ tales ludi nō debēt fieri in eccleſijs nec etiā p clericos vbicunqȝ. qnimmo dicit canō clericuȝ nō debere inteſſe iſtis ludis imo ſi clerico exiſtēte in mēſa venit hiſtrio vel buffo debet deric⁹ de mēſa ſurgere ꝛ poti⁹ recedere q̄ȝ iſta videre vel audire geſta illoꝝ. vt in. c. nō opoꝛȝ. de con. di. v. non tm̄ per iſtū tex. ꝓhibent̄ repſentationes ſolēnitatū fidei nr̄e vt ħ dicit̄ in glo. quā nō ꝓ obſeruantia cōi. Sed ħ querit̄ nunqd iſti buffones ſeu hiſtriōes ſeu luſoꝛes poſſunt promoueri ad clericatū ſaltē poſt penitentiam. ꝛ dicit ħ Inno. ꝛ bn̄ ꝙ nō. iſti enī ſunt infames. vt ē tex. li. di. c. i. ꝛ. c. p̄terea. iiij. q. i. c. i. l. ij. §. ait p̄toꝛ. ff de his q nō. infa. imo nec coꝛpus xp̄i debet eis nō penitētibus indulgeri. de ↄſe. di. ij. in. c. pe. requirit̄ tm̄ ad hoc vt repellant̄ a ꝓmotiōe vt dicit Inno. ꝙ habeāt ħ officium in curia vel ꝙ aſſuefecerint ſe in arte illa ſec⁹ autē ſ̄m eum vbi in occulto ħ feciſſent maxime ad ↄplacētiam infirmi

nā David licꝫ eēt iuſt⁹ ſepe pulſauit cytharam ⁊ choreiſauit. Jdē dicit ſi in publico ſel' vel plu‑ries h̄ fecerit dūmodo nō aſſuefecerit ſe q2 infa‑mia ē illa q̄ ꝓhibet eos a ꝓmotōe. h̄ vltimum di‑ctū nō puto ſimpliciter veꝝ. vñ credo ꝙ ſi ſaltẽ bis in publico exercuerit illā artē cā queſt⁹ effi‑cit' infamis. ar. optimū in. l. palā. ff. de ritu nupt. vbi tex nō. inuit dici mulierē meretricē ſi admi‑ſit duos cā queſtus ⁊ nō h̄. idem ḡ dicendū ē in hiſtrionib⁹ vt dicantur hiſtriones ⁊ buffones ſi cā queſt⁹ bis exercuerint illā artē. facit. xxv. q. ij ita nos. ⁊. l. iij. C. de epiſ. audi. ⁊ qō nō. Archi. in .c. illud. xij. di. Et de iſt͡ cytharistis an ⁊ qñ ſine peccato licitū ſit pulſare ⁊ an ſit peccatuꝫ aliqd dare iſtis hiſtrionib⁹ ⁊ buffonib⁹. vide. lxxxvi. di. in. c. donare. ⁊. c. q venationib⁹. ⁊ ibi vide glo.

# Et clericoꝝ

Propt dictorū multitudinem nō ſolet ſummari ſꝫ ge‑neraliter ſic pōt dici. Clerici debēt ꝯtinere ⁊ ca‑ſte viuere. ꝯfacientes punit et ſeuerius puniūtur illi q legitimo matrimonio poſſunt vti. h. d. Et qnqꝫ ſunt dicta. p̄ indicit clericis honeſtatē ⁊ ca‑ſtitatē. 2° imponit penā. 3° aggrauat. 4° punit p̄la‑tos negligētes ⁊ corruptibiles. 5° punit grecos incōtinentes. 2ª ibi nec ibi. 3ª ibi ſi qs igit'. 4ª ibi p̄lati. 5ª ibi q autē. Nō ibi p̄ſertim ibi in ſacris ordinibus ꝙ nō ſolū ꝯſtituti in ſacris ſed etiā in minorib⁹ ordinibus tenent' ſeruare ꝯtinentiā et caſtitatē. ⁊ tñ eſt dr̄ia int' ꝯſtitutos in ſacris et mi‑norib⁹. p̄ in q̄ꝫtitate delicti. nā vt arbitror lōge ḡuius peccat in ſacris ꝯſtitut⁹ ⁊ maxime preſby‑ter q̄ꝫ ꝯſtitut⁹ in minorib⁹. nā iſti quaſi ꝯxerunt mr̄imoniū cum eccl'ia. vñ vident' ꝯmittere adul‑teriū ſpūale. ad hoc qō nō. Pau. in cle. i. de offi. ordi. 2ª dr̄ia q2 ꝯſtitutus in minorib⁹ pōt ꝯhe‑re mr̄imoniū. vñ tenet' ad ꝯtinentiā reſpectu for‑nicatiōis illicite ſed ꝯhere pōt. j. de cle. ꝯiu. c. i. ⁊ quaſi ꝑ totū. Cōſtitutus vō in ſacris oīno arta‑tur ad ꝯtinentiā ita vt nō valeat mr̄imoniū per eū ꝯtractū. c. vnico. de voto. li. vi. De laicis vero dic ꝙ tenent' ſuare ꝯtinentiā capiēdo ꝯtinentiā ꝓut. s̄. dixi in clericis ꝯſtitutis in minorib⁹. nam peccāt q̄litercunqꝫ exerceāt actū libidinoſum p̄‑ter vxoriū. vñ etiā ꝯcubinas nō poſſunt habe‑re licet aliud videat' ius ciuile diſponē. vide tex nō. xxxij. q. iiij. c. nemo ſibi blandiat' de. l. ⁊. c. me‑retrices. vbi dicit' nō. ꝙ ſb̄ illo p̄cepto diuino nō mechaberis ⁊c̄. noīe mechie venit oīs illicit⁹ ꝯcu‑bit⁹ p̄ter vxoꝝ. ⁊ vtꝝ coitus cū vxore ſit ſemꝑ licit⁹. vide glo. xxv. di. §. q̄ autē. v̄. ſi. in glo. ſuper v̄. excepto. ⁊ vide qō nō. Jo. an. poſt Hoſti. i re‑gula ſine culpa. de re. iur. li. vi. in mercu. vbi di‑cit ꝙ hodie etiā de iure ciuili v' ꝓhibitus cōcu‑binat⁹ ex quo ius canonicuꝫ ita apte ꝓhibet qm̄ lex ciuilis in iſtis ſpūalibus videt' velle ſb̄ijci di‑ſpoſitiōibus canonis in auē. vt cle. apud ꝓprios epi. ⁊ in auē. de eccle. titu. ⁊ in. c. clericis. s̄. de iu‑di. ⁊. nō in v̄. ne vō ꝯtra iudices faciles in in‑dulgētia penaꝝ ſeu culpaꝝ. nā vident' poti⁹ ſub‑ditos ledere q̄ꝫ eis indulgere q2 facilitas venie tribuit incētiuū peccandi vel delinq̄ndi. non enī valet mīa ſine iuſtitia nec iuſtitia ſine miſericor‑dia ſꝫ ꝯmiſcenda ſunt ⁊ efficiendū eſt optimū tē‑pamentū. vide pulchꝝ tex. xlv. di. in. c. diſciplinā. Jtē nō ibi ꝓut maius vel mi⁹ ⁊c̄. ꝙ ſ'm quali‑tatē ⁊ q̄ꝫtitatem fornicatōis venit delinquēs pu‑niend⁹. nā multe ſunt ſpēs fornicatiōis vt forni‑catio ſimplex ſtupꝝ adulteriū inceſt⁹. ⁊ ꝓſeque‑re lati⁹ vt habes. xxxvi. q. i. in. §. i. Jtē nō ibi q̄s diuinus timor ⁊c̄. ꝓbationē illi⁹ dicti oderūt peccare boni v'tutis amore oderūt peccare ma‑li formidine pene. Nō ibi ſi qs igit'. ar'm opti‑mū ꝙ ꝓ omni delicto fornicatiōis nō eſt cleric⁹ deponēdus ſed qñqꝫ ſuſpēdendus ⁊ de h̄. j. lati‑us. Nō in v̄. p̄lati. ꝙ p̄lati ḡuiter peccāt ſu‑ſtinēdo ſb̄ditos ꝯcubinarios maxime obtentu pecunie vel alterius ꝯmodi tp̄alis. ⁊ pondera il‑lud v̄bum ꝯmodi tp̄alis. nam per h̄ v̄bum arbi‑tror ꝙ ſi cleric⁹ cōcubinarius efficeret' deterior ſi p̄cīſe ꝯpelleret' ad dimittendū ꝯcubinaꝫ ꝙ tūc p̄latus tolerādo ad temp⁹ peccatū non incurrit nā quandoqꝫ ſuſtinet' mi⁹ malū vt maius cui‑tetur. xiij. di. duo. xxxiij. q. ij. c. ſiue ſi ꝯſtiterit. Nō in v̄. q autē. ꝙ greci nō peccāt vtendo mr̄i‑monio ꝯtracto in minorib⁹. nā in mr̄imonio eſt caſtitas. xxxi. di. nicena. ⁊. c. aliter. ⁊ facit ad. q. te‑ſtator dixit relinq̄ vxori mee vſufructuꝫ bonoꝝ meoꝝ ſi caſte vixerit demū vxor mortuo teſtāte tranſit ad 2ª vota. q̄rit' nunquid debeat habere vſufructū. ⁊ dicendū eſt ꝙ ſic. q2 dicit' caſte viue‑re ⁊ ideo cautela ē adijcere ſi caſte vixerit et in viduitate. vide qō le. ⁊ nō. i. l. vnica. C. ſi 2° nup. Et ex his infert' ꝙ ꝯtinentia in clericis nō eſt de iure diuino ſꝫ de iure poſitiuo dūtaxat al's gre‑ci peccarēt de h̄ dicet' plene in. c. cū olim. de cle. ꝯiu. Ultimo nō ꝙ grauī⁹ peccat clericus gre‑cus labēdo in vicium incōtinentie q̄ꝫ latin⁹. Rō reddit' in lr̄a q2 ille pōt vti mr̄imonio legitimo. Et ex h̄ arguit Ab. grauī⁹ peccare laicū ꝯiuga‑tū thoꝝ vxoris violantē q̄ꝫ p̄ſbyteꝝ adulteran‑tē. ⁊ cū hoc ar. tranſeunt cōiter doc. ⁊ do. An. ⁊ do Pe. ſꝫ apud me nō eſt ſine dubitatiōe quin preſbr̄ ꝯmittit adulteriū ſpūale ⁊ ſacrilegium. fa‑cit qō nō. Pau. vbi. s̄. ⁊ glo. in. c. virginib⁹. xxvij. q. i. hinc ē ꝙ ꝯcubine clericoꝝ poſſunt diſtrīgi ⁊ puniri ꝑ iudicē eccl'iaſticū q2 ꝯmittūt ſacrilegi‑um eis ihērēdo. vide tex. cū glo. in. c. eos. xxxij. di. Quero ꝓ declaratiōe lr̄e qualiter ſint pu‑niēdi clerici de incōtinentia. Jo. dicūt h̄ doc. ꝙ olim ꝓ fornicatiōe cleric⁹ deponebat'. lxxxi. di. preſbr̄. vide tex. aptum in. c. a mult̄. de eta. ⁊ q̄li. hodie vō nō deponit' ſed ſuſpēdit' vt h̄ ⁊. xxxiiij. di. in. c. fraternitat͡. vbi ē tex. pulcherrim⁹ ad tē‑perandū rigorē antiquoꝝ canonū. h̄ tamen di‑ctum abſolute nō recipias ſꝫ intellige de ſimpli‑ci fornicatiōe nam ꝓpter adulteriū cleric⁹ debet deponi. c. cū non ab hoīe. de iudi. ⁊ nimiꝝ cū lai‑cus veniat decapitand⁹. l. q̄ꝫuis. C. de adulter͡. Jdem dicit de delicto ꝯnām. c. clerici. de exceſ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

p̄la. In ꝯcubinario vero tex ē pulcherrim⁹ in.c.
ex p̄te ade. de teſti.inuit ꝙ pōt p̄uari bn̄ficio di
ceẜ pleni⁹ in ti.de coha.cle.ꝛ mu.ꝛ idē dic de in
ceſtu ſtupro.ꝛ ſi.ꝛ pleni⁹ ꝓſequoꝛ in.c. at ſi cleri
ci.de iudi. Intellige ꝗ̄ p̄mum dictū in fornicatio
ne tm̄ nō qualificata.ꝛ Pan.dubitat in preſbro
cū nō videẜ ꝙ poſſit ꝯmittere ſimplicē fornica-
tionē rōe p̄dicta ſꝫ iſte tex. gn̄aliter loquēs mul
tū facit.p p̄ma opi. ¶ 2⁹. queriẜ de qua ſuſpēſio
ne loquaẜ v̄.ſi qs igiẜ.vbi diciẜ ꝙ ſuſpenſus hac
de cā celebrās venit deponendus. Jo.an.intelli
git de ſuſpēſiōe ab hoīe facta vt q̄ꝛ p̄latus ſuſpē
dit ſb̄ditū propter delictū incōtinētie. Idem ſ̄m
eū in ſuſpenſione iur̄.vt q̄ꝛ erat notori⁹ fornica-
toꝛ vt ſunt iſti tenētes publice concubinas.j. ti.
ꝓxi.c.veſtra.ꝛ pōdera h̄ dictū Jo.an.iūcto iſto
tex.ſ̄m hūc intellectū ꝙ cleric⁹ notorie fornicari
us ē ipſo iure ſuſpēſus adeo ꝙ celebrādo incur
rit irregularitatē ꝛ venit deponēdus qđ eſt val-
de p̄iculoſum.ꝛ dicā lati⁹ in.d.c.veſtra. vbi refe
rā plura nōndū ad iſtū articulū. ¶ Vltimo idu
ciẜ iſte tex.in v̄.p̄lati.ad.q.nunq̄d p̄latus poſſit
imponere penam pecuniariā clericis.p delicto.
Cōcluſio cōis eſt ꝙ ſic ꝛ h̄ ſi facit cā correctiōis
vt q̄ꝛ magis timeẜ pena pecuniaria q̄ꝫ ſpiritua-
lis.ꝛ pōt ſic intelligi.c.dilect⁹.de offi.ordi.ſꝫ ſi fa
cit cā auaricie tūc nō licet.ar.h̄ ꝛ in.c.licet.de pe.
vbi dixi plene. Ad euitandam autē hanc p̄ſum
ptionē auaricie debet p̄latus ꝯuertere pecuniā
in piā cauſam.ꝛ dic vt dixi in.d.c.licet.

# Crapula

14 Crapula Cleric⁹ crapu
loſus vel ebrio
ſus monit⁹ nō deſiſtēs ab officio vl̄ be
neficio ſuſpendiẜ. p̄.ꝓhibet crapulā ꝛ ebrietatē
2⁹.abuſum ſe obligantiū ad potū.3⁹. penas ſtatu
it.ibi ſi qs. ¶ Nō p̄ ꝯ crapuloſos ꝛ ebrioſos.ꝛ
crapula diciẜ immoderata voracitas cibi. ꝛ dici
tur crapula q̄ſi cruda epula q̄ꝛ hoīes ita voraci-
ter epulātes p̄fecte nō digerūt ſed mām indige
ſtam euomūt. Ebrietas v̄o referẜ ad ſup̄fluitatē
pot⁹.vn̄ ebrietas ē immoderat⁹ vſus vini. ¶ 2⁹.
nō ibi vinū ſibi tēpent ꝯ bibentes vinū ſine aqua
ꝛ adduciẜ h̄ ad.q.an talis peccet mortaliẜ. p̄ vi-
deẜ ꝙ ſic.nam ꝯ.ꝓhibitionē ꝯcilij facit.nā in cali
ce etiā poniẜ de aqua.c.cū marthe. de cele. miſ.
ꝛ h̄ dictū eſt verꝝ ſ̄m doc. niſi ex cā aliud facerēt
nā reperiunẜ q̄dam vina min⁹ potētia.ſatis eſt
eni ꝙ ſe temperēt vino vt ſeqtur in l̄ra.ꝛ diciẜ ſe
tempare vino q̄ñ habet reſpectū ad potentiā vi
ni. Itē reſpectu frequētie bibēdi. nā debet cleri
cus eē ꝯtentus trina vice.tex.in.c.q̄ñ.xliiij. di. ſꝫ
intellige q̄ñ appetit⁹ nālis vltra nō exigit.voluit
eni tempare hoīes immoderatos.ꝛ crederē ꝙ
etiā nō apponendo aquā in vino potēti nō pec-
cet qs mortaliter niſi aſſidue inebriereẜ p tex.
nō.in.§.alſ ea demū.xxv.di.vbi habes tex.ſem
p mēti tenendū ꝙ ebrietas nō eſt peccatū morta
le niſi ſit aſſidua.ꝛ ad iſtū tex. ꝛ ad motiuū doc.
dicas ꝙ nō loqtur p̄ceptiue.p hoc qđ dicā in.c.
ſe. ¶ Nō duos effect⁹ ebrietat̄.nā inducit mē-
tis exiliū ꝛ ꝓuocat libidinē ꝛ ob hanc vltimam
cām olim p̄res abſtinebant ab vſu carnium ꝛ vi
ni.xxxv. di.ab exordio.ꝛ vide tex.xxxv.di.an-
te omnia.vbi dicitur ꝙ ebrietas eſt fomes omni
um maloꝝ. ¶ Vltimo nō ꝙ ꝓpter crapulaꝫ vel
ebrietatem nō debet cleric⁹ p̄uari beneficio nec
etiā ſuſpēdi ſi vult agere penitentiā. Miles au
tē ſecularis ꝓpter ebrietatē remoueẜ ab oī mi-
litia.l.omne delictū.ff.de re mili. pena autē anti
quoꝝ canonū.p ebrietate erat q̄ꝛ clericus ebrio
ſus.xxx.dieb⁹ a canone ſuſpendebaẜ aut corpo
rali ſupplicio ſupponebaẜ in.c.vult.xxxv.di.ſed
hodie nō imponiẜ tāta pena vt h̄ patet. vide qđ
dicā.j.ti.i.c.ij. ¶ In glo.fi.ibi relinqtur arbitrio
ſup̄ioris nō hāc glo.ex q̄ colligiẜ ꝙ in penis alt̄-
natiuis optio daẜ iudici.ꝛ hāc glo.videẜ appro
bare Jo.an.ꝛ cōiter doc.nr̄i ꝛ allegat Jo.an.ho
nū tex.in.c.q̄m̄.in fi.vt li.non con.ſꝫ allego alias
glo.ꝯcordantes huic ꝛ in decreẜ habes.xxxiiij.
di.fraternitatis.ꝛ.j.de iude.c.ſicut.ꝛ facit tex.in
.c.q̄renti.de v̄.ſig. Sꝫ in ꝯriū facit tex.iuris ci
uilis in.l.ij.C.de ſer.fugi.vbi daẜ optio reo ſ̄m
cōem intellectū ibi Bar.in.l.ij.ff. de effracto.di-
cit ꝙ aut v̄ba diriguntẜ iudici vtputa puniat tali
vel tali pena.ꝛ tūc optio daẜ iudici.aut verba di
riguntẜ ad reū vtputa ſoluat mille vel exhibeat
medietatē honoꝝ vel p v̄ba ſilia ꝛ tūc optio da-
tur ipſi reo ꝛ ſic ꝓcedat dicta.l.ij.ꝛ ſilis diſtictio
ſit in legato alt̄natiuo.vt nō. Dy.in.regula in al
ternatiuis de re.iur̄.li.vi.glo.ꝛ doc.in.l.lutio.ff
de le.ij. Sed cāus dubi⁹ eſt q̄ñ ꝯſtitutio ꝓuidet
ſimpliciter loquēdo imp̄ſonaliter vt h̄ ſuſpēdaẜ
ab officio vel bn̄ficio vel amputeẜ ſibi man⁹ vel
ꝯdēneẜ ad mille vel p v̄ba ſilia ꝛ h̄ caſu Bar.vr̄
ibi inclinare in fauorē rei vt ſibi deẜ optio ꝛ mo
tus illa regula gn̄ali ꝙ in penis ē mitioꝛ interp̄-
tatio faciēda vt in iurib⁹ vulgarib⁹. h̄ dictū Bar
nō admitterē ꝛ ꝯriū ſenſerūt cōiter nr̄i gloſato-
res ꝛ doc.ꝛ etiā tex.all̄.nā iſta iura loquntẜ im
p̄ſonaliẜ ꝛ daẜ optio iudici. Itē pena ē imponē-
da p iudicē ꝛ ſic q̄dammō loquiẜ in dubio lex.
Itēꝫ iudex hꝫ vidē q̄ pena magis expediat. vt
in.d.c.q̄niā.facit.xxiij.q.v.ꝓdeſt.ꝛ h̄ nō.nā doc
nr̄i tranſeūt multū lente ſup h̄ paſſu.

# Clerici

Clerici A negocijs p̄ſonis
ludis veſtib⁹ ꝛ ornatu
nimis honeſto p̄cipit clericos abſtine
re ꝛ habitu honeſto vti cui⁹ vanitatē in plurib⁹
exp̄mit ꝛ deteſtaẜ.h̄ vult in effectu vſq̄ꝫ ad finē.
¶ Et aduerte diligēter ad vnū v̄bum Inno.di
cit eṗi ꝙ h̄.c.loquiẜ de honeſtate. Pe.v̄o dice-
bat ꝙ q̄dam ſunt honeſtat̄.quedam p̄cepti.
Nō tn̄ ex p̄miſſis ꝙ nō ſemp ꝯſtitutio etiā ꝯci-
lij gn̄alis ligat trāſgredientē ad mortale.nā quē
admodū trāſgreſſio legis ciuilis nō ſemp indu
cit decapitatiōēꝫ corpalem ita nec trāſgreſſio iu
ris canonici inducit ſemp mortale.nā ſeqtur in-
de decapitatio ſp̄ualis ꝛ ꝑpetua dānatio. Cōſi
dera ꝗ̄ p̄mo vtꝝ ꝯſtitutio habeat in ſe mām p̄ce
ptiuā veriſiliter pōderatā multū a ꝯſtituēte ꝛ h̄

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

caſu nõ cures de vbis an loquať ꝑ vba exhortia
vel ꝑceptiua ſꝫ vba ſunt accõmodanda materie
tex.cũ glo.xi.q.iij.rogo. vide tex. pulcherrimũ
in cle.exiui de ꝑadiſo.de v.ſig. Si vo non ↄſtat
de mã ⁊ tũc aduerte ad vba. nã ſi ↄſtitutio vtiť
vbis ꝑceptiuis vt q: dicit ꝑcipim⁹ ⁊c. ⁊ tũc illa⸗
queat ↄuenientẽ ad mortale.xiiij.q.i.qd ꝑcipitur
